



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

XI. De receptione, & auctoritate Pallii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62915)

post electionem, nisi legitimum subit impedimentum, expediri debet: alioqui si Metropolitanus, aut ii ad quos ea res pertinet, negligentes fuerint, Ecclesiasticis condemnationibus subjiciendi erunt.

Consecrationi interesse debent ad minus tres Episcopi, alioqui non valet. hoc dicitur.

Ordinationi autem interesse debent, non solum Metropolitanus, verum etiam comprovinciales Episcopi, qui numerum conficiant trium. Nam & beatus Iacobus, qui Iustus appellatus est, à Petro, Ioanne & altero Iacobo, Apostolis ordinatus est: successoribus suis scilicet formam dantibus: ut non minus quoque tribus Episcopis, ceteris quoque assensum praeberentibus, Episcopus ordinatur. Quod si ab uno vel duobus Episcopis ordinatio expedita fuerit, taliter ordinatis, ut Episcopi nominentur, à sanctis Patribus interdicuntur: Ergo si nomen non habent, officium qualiter habebunt? Evocandi sunt igitur à Metropolitanis suffraganei: qui si omnes concurrunt, bene est: si aliqui convenire non possunt, sui praesentiam per Epistolam facere debent.

Archiepiscopus impeditus, consecrationem sui suffraganei altero committere potest. h. d.

Quod si Metropolitanus, vel infirmitate, vel alia iusta causa ita praepediatur, ut suorum suffraganeorum aliquem consecrare non valeat, alicui Coepiscoporum vires suas demandare poterit, à quo consecrandus munus consecrationis recipere tenebitur.

Deficientibus Episcopis comprovincialibus, ad vocandos sunt Episcopi vicina provincia.

Illud quaesitum est, si in provincia in qua olim plures Episcopi fuerint, unum tantum remanere contigerit, quid fieri debeat, cum nec solus ordinare possit, & nullos quos convocet, habeat provinciales: De hoc in Sardicensi Concilio statutum legitur, ut superstes Episcopus convocet Episcopos vicinae provinciae, & cum eis comprovinciales sibi met Episcopos ordinet.

Quomodo sit explicanda consecratio. h. d.

Congregatis igitur hora Dominicae lucis tertia Episcopis, & scrutinio cum precibus celebrato, duo supra caput ordinandi, Evangelii codicem tenentes, manus imponant, & uno super eodem benedictionem fundente, ceteri qui adsunt, manibus suis caput ejus tangant, atque illud unà cum manibus sacro chrismate deliniant: quo demum peracto, Ecclesiae Romanae, atque ejus Pontificibus fideliter secundum formam Gregoriani rescripti iuranda erit.

DE RECEPTIONE ET AVTHORITATE PALLII. TITVLVS XI.

Pallii receptio non est differenda: & volens aliquid palliando obicere, debet jurare de calumnia, & intra duos menses obiecta probare: alioqui tenetur ad poenam talionis.

Hoc à amplius Metropolitanum prospicere oportet, ut pallii petitionem & receptionem non differat: cum sibi sine pallio Episcoporum consecrationem minimè permissam scire debeat: Est autem pallium Metropolitanorum insigne ornamentum, quod de corpore beati Petri sumitur, Pastoralis officii plenitudinem designans: cujus receptio, ut citius explicetur, novissimè constitutum est, ne per cusu suum criminis objectionem forte palliando faciendam differri possit: nisi obicientes corporali iuramento praestito firment se nec agere quicquam callidè, ac de obiectis promptam fidem, hoc est, intra bimestris temporis spatium afferant, ad talionis, vel extraordinariam poenam se praesidis obligantes arbitrio, si obiecta minimè probaverint. Quod si

a Can. 1. & seq. dist. 64. & can. 2. dist. 65. b Can. si. dist. 65. c Can. 1. dist. 75. d Can. 1. dist. 100.

contradictores ista facere renuerint, eorum objectionibus nequaquam obstantibus, ad ipsius traditionem pallii procedendum erit.

Metropolitanus solum in sua provincia, & certis diebus palliatur, & pallium personam sequitur, & ideo commodari non potest.

Ed eo nec semper, nec ubique Metropolitanus possidet (id enim soli Romano Pontifici a, dum Maximum celebrat solennia, permittitur) veram in sua terrarum provinciam, ac certis dumtaxat diebus. Et cum per illam pallium non transeat b, nec alteri committi possit: & cum eo quisque sepeliendus erit.

Pleraque dicta de creatione Episcoporum, habent locum etiam aliis Pralatis.

Haec de creandis Episcopis dixisse sufficiat. Nunc de illorum vita, ac qualis eorum debeat esse conversatio, pleraque & de ceteris Sacerdotibus intellectionis, praecipis expediamus.

DE VITA ET HONESTATE PRALATORUM. TITVLVS XII.

Qui praecellit dignitate, debet & innocentiis praecedere. h. d.

Debet igitur Episcopus esse sine crimine, & contemptum populum cui praesert, conversatione innocentia praecedere. Quis enim est magister discipuli, si se magistro intelligat esse praetulerit, nam Episcopus instituitur & admonere omnes debet, non autem restè monitoris personam suscipi, nisi qui moribus suis aliorum errata condemnat. Quod non solum de Episcopo, sed etiam de omnibus qui contra deum deserviunt, intelligi oportet: quia vehementer Ecclesiam Dei destruit, meliores laicos esse, quam videntur, quaeque in aliis membris Ecclesiae vacant à culpa, licet à sacerdotibus habentur illicita.

Episcopus cavere debet ab improborum communiis, & amovendo non minus charitatem, quam potestatem exercenda. h. d.

Ab improborum quoque communiis abstinere debet. Ab eorum enim confortia bonos coramponat. Habituque secum honesti testimonii Clericos, qui possunt reprehensibiles inveniri: & si quando illos, sine causa inter se diffidere contigerit, ad pacem magis, quam ad iudicium compellat: inq; illis corrigenda pluraque benevolentia d, quam severitas: plus charitatis, quam severitas: neque dominari magis, quam consolari velit ad cupidum, ne quod provisum est ad conciliandum, veritas ad diffidium.

Pralatus in corrigendo debet misericordiam imitari. h. d.

Uim lenitate tamen severitas imitanda est. Nam misericordiam multum demum si lenitate commisso sit destituta: ideoque Restitutus iustè debet esse constitutus misericordia, & pie sapiens disciplina: ut in disciplina rigore & benignitate manifestatus, nec rursus in mansuetudine distractionem delectum disciplinam quodque severius castigare necesse est, non lenitate placetur animo, sed medentis.

Pralatus non debet tolerare peruersos. h. d.

Praeterea cavendum est, ne perveris agentes commendo toleret. Culpam enim facientis habet, quod quod potest, negligit emendare: & error, cui non retinetur, approbatur.

Episcopus orationi & praedicationi debet insistere. h. d.

In primis autem orationi & praedicationi insistat: Non praecisus officium suscipit, quisquis a sacerdotum non cedit, hinc est, quod super Pastores primos in lingua sua specie Spiritus Sanctus infedit. Populum itaque praedicando doceat, sed illa doceat, quae à Deo ipse didicerit.

a C. ad honorem. eo. tit. ex. b C. ex. tit. c Can. unum pro rium. vers. oportet Episc. dist. 21. d Can. licet plerumq. dist. 40.

